

*νερύκον*, rem à re distingvens, sed ἐξηγηλυκόν & ὀρτικόν, rem, cui  
jungitur, solum explicans, & cum emphasi describens. g)

### T h. III. Neq, infernum in centro terræ esse.

Distingendum enim inter id, qvòd infra est respectu status, & respectu loci. Infernus infra esse dicitur respectu status, uti Deus dicitur esse supra respectu status. Nam respectu loci omnia potius supera & infera loca implet. Ita rectè dicitur, Diabolos, ubicunq; sunt, etiam qvando in aëre super terram feruntur, infernum suum secum gestare, conf. qvæ suprà ad Gen. XXXVII, 35. & qvidem ad vocem יְרֵד annotata sunt pag. 107.

### S E C T I O Q U A R T A.

**U**sus hujus Dicti est in Loco de Inferno tūm pro ejus existentia, tūm pro pœnarum infernalium gravitate atq; dolorum acerbitate demonstranda. Adhiberi potest Domin. XXV. Trinit. & considerari ex hoc I. iræ Divinæ severitas, cum dicatur אָף furor, & qvidem ignem accendens. II. Pœnarum Dei gravitas. III. Decreti condemnatorii æternitas. Ab æterno ignis ille succensus in æternum durabit. Vel inferni A. Efficiens, nempe ira Dei. B. Materia qvæsi, nempe ignis. C. Acerbitas. D. æterternitas ratione decreti.

### DICTUM LXXI.

† Josuæ V. vers. 2.

פְּשֹׁתֶת לְךָ תַּרְבּוֹת אֲרִיבָה וְשׁוֹב מִלְּאַת־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל שְׁנִירָה :

### S E C T I O P R I M A.

#### Collatio Versionum.

LXX. Ποίησον σπαστά μαχαιρές πελειας, καὶ καθίσας αἰώνεμε τὰς βύζες  
Ισραὴλ ἐκ δειλέργειας.

JONATH. פְּכַר לְךָ אָמֵלָן תְּרוּפִין וְתוֹב גָּזָר וְתִּבְנֵי יִשְׂרָאֵל תְּנִינָרָה :

i.e. Fac tibi noveculas acutas, & redi circumcidē filios Israël secundò.

VULG. Ait Dominus ad Josue: Fac tibi cultros lapideos, & circumcidē secundò filios Israël.

PAGN. Dixit Dominus ad Jehosuah: Fac tibi cultros acutos, & conversus (Ar. petrarum, & convertere,) circumcidē filios Israël secundò.

Y y 2

Luth.

g) Gloss. Gramm. S. Tr. I. Can. 2. p. 7.